Spiritualis
pulchritu
dinis deco
re amato
et in Christo
alteri ſibi
fratri Io
hanni ordi
nis fratrum
heremita
rum ſancti auguſtini lectori in
argentina frater Jordanus inter
eiuſdem ordinis lectores minimus
cor unum et animam unam habere in
domino. Nectar caritatis virtutis
ex profluo pectoris veſtri ema
nans fonte de quibuſdam du
dum queſtionibus conſcientiam veſ
tram ut ſcripſiſtis pungentibus
utpote qui beatiſſimi patris noſtri au
guſtini verus filius exiſtere per
regularis inſtitutionis ſive perfectam
obſervantiam ſancto deſiderio inſpi
rante domino eſtuatis exiguitatem
meam conſulere curavit. Verum cum
ad reſpondendum ſcriptis veſtris
applicarem animum non nulla ex veſ
tris motivis ſe meo ingerebant
conceptui quorum enucleatio ma
gis otioſum ſtudium expoſcebat.
des Quippe verum inter cognitio torpen
tis ingenii mei excitatio fuit et
ita queſiſſe querendo verum eſt dediſ
ſe queſitis. Cum itaque ſancto propoſito
veſtro pro puritate conſcientie veſtre
brevi cedula reſpondere nequirem
curarem tamen pro modulo meo veſ
tris queſitis ſatisfacere dubieta
tiſque ſcrupulum a multorum cor
dibus removere ad preſens opuſ
culum divino fretus auxilio ma
num poſui veſtris conſultationibus mo
tus et orationibus adiutus. Quod
quidem opuſculum vitaſfratrum ideo
appellaverim. Quia in eo vita
fratrum deſcribitur. Cumque eius lector
frater quilibet an ſit verus filius
patris noſtri ſanctiſſimi auguſtini ac per
hoc verus frater ordinis ſui ex vi
ta ſua propria cognoſcere valebit
ſupererogationis operibus plurifariis
in eodem contentis circumſcriptis. Et
ubi ſibi quiſque hic legendo aliquid
deeſſe viderit doleat de preterito
caveat de futuro ſecundum conſilium
eiuſdem patris in regula. **Incipit
prologus libri huius.**
Cum ſcriptum ſit in
memoria eterna erit
iuſtus profecto indig
num valde eſt illos unquam a memo
ria hominum excidere qui iuſtitie perla
ris operibus ac geſtis digne
memorabilibus virtutum exempla
in poſteros protulerunt. Sane cum
inter hos omnes religioſorum ordines
heremitarum ſancti auguſtini ſacer
ordo ab olim et hodie fuit et
ſit in agro ſancte eccleſie virtutum ſe
minibus morum plantulis ſapientie
floſculis ac ſanctitatis exube
rantibus fructibus et filiis fratribus
copioſe per dei gratiam fecunda
tus. Ne exempla ſancte religionis
a patribus et precedentium temporum fratri
bus in oblivionis nubilum dedu

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

cantur sed potius in et una media
recordantur ideirco studium prim
ac ferim singularium gestorum et no
bilium meritorum eiusdem ordinis
virorum gestarumque pro modo ad men
pervenerat in unum colligere et tam
hoc origine progressumque eiusdem
ordinis sit et modos eius observan
tias prout michi deus dederit re
censere Eu affatim quod ex hiis sta
tum ordinis respiciunt subiaces
cum omni reverentia correctioni vene
rabilis patris generalis Nec estimet
quis presumpsisse omnia et singula vel
le describere que de huius sancte reli
gionis fratribus ab antiquo forent
merito recensenda cum ut ait mun
di sapiens ea que scimus sunt minima
eorum que ignoramus Eodem modo
veritate obtinet in hiis que in fine
consistunt qualia sunt huiusmodi que
de gestis plurimorum personarum
devotarum sciri possunt Que vere
ra pauca sunt eorum que deus occulte
operatur in singulis viris sanctis Cum
etiam plerumque ea que ad sui lauda
tionem pertinent ex humilitate celare
nitantur ad arrogantiam devitandam
Per paucam igitur utriusque cognita
michi scripsi Et quidem si non omnia
miraculosa seu prodigiosa vide
antur non ob hoc sunt vilipenden
da Non enim ad hoc solum
mentem in hoc opere desudavit inten
tio ut referrem miracula sed po
tius ut ex gestis precedentium edi
ficationem pararem futurorum Nec
enim omnia que beatus iheronimus in li

bro qui vitaspatrum dicitur inseri
bitur narravit miraculosa existunt
sed ut eorum dulcarent edificatoria
tamen hoc sunt precipue intendo describ
batur prout ipse protestatur in prologo eius
de libri Hoc inspiciens opus ugg
dicar non tamen ex stilo laude quaerens
quam ex narratione rerum edificationem
futuram legentibus sperans domino gesto
rum uniuscuiusque inflammaturum exemplo
Neque enim omnes qui sancti fuerunt miracu
lis claruerunt nec tamen eo minus
sancti fuerunt in conspectu dei Nimirum tum
etiam plerumque miracula fiunt sicut a
malis secundum beatum augustinum de
fide ad petrum Et habetur .4. q. 1. tene
amus Et ponit ibi exemplum de
magis pharaonis qui fecerunt
que multi de filiis israel facere non po
tuerunt licet moyses fecerat Et
de symone mago qui multa fecit que
boni christiani facere nequiverunt licet
petrus fecerat sed inde gaudebant
christiani quia nomina eorum scripta erant
in celo Unde etiam dicit beatus grego
rius in fine primi libri dyalogorum
Quod sunt plerique qui signa non faciunt
et tamen signa facientibus dispares non
sunt: quod ostendit per hoc quod petrus
in mari pedibus ambulavit et
paulus in mari naufragium pertulit
Cum nequit in uno eodemque elemento
paulus in mari ambulare non po
tuit ubi petrus pedibus iter fe
cit Aperte igitur constat quod cum utriusque
virtus fuerit dispar in miraculo:
Utriusque tamen meritum dispar non est
in celo Hec ideirco diximus ne

quus xpi hoc venerandorum quarundam infra memorandorum fratrum pu
pendat si sed non sint miraculis com
probata dum tamen sint nobis ad exempla
in posterum. Porro non nulla huic
operi ex vitaspatrum ac institutis ac
collacionibus patrum utile perpexi inse
rere eo quod ex vita patrum formatur
vita fratrum. Nec conturbet lectorem si
plerumque in capitulorum gestarum narracione
inveniat ordinem temporum non servatum
quia propter convenienciam materie nonnumquam
congruencius michi visum est novum et mo
dernum factum in eodem capitulo gestis ve
teribus applicare. Denique circa
titulum operis xpi iuniores est sciendum quod hic li vitasfratrum stat pro una
dictione sicut et vitaspatrum qui est liber
beati Jeronimi. Est enim nomen compo
situm ex duobus obliquis et ideo ma
net indeclinabile per omnes casus secundum gramaticos
iuxta hanc regulam. Si componatur
obliqui: non variatur. Genus de
nominibus compositis ex uno recto et al
tero obliquo sicut paterfamilias. illa
enim declinatur ex una parte. Composita
vero ex duobus rectis declinatur
ex utraque parte ut respublica.
Capitulum primum prime partis

De quadam condicione que debet
esse in sanctis religiosis. ii.
De prima condicione sive loculis
conhabitacionis quam incepit et qualiter
vitam cenobiticam primitus voluerit. iii.
De tribus generibus monacho
rum et quarto superaddito quod dicitur de
terius. iiii. Anachoritarum genus
est perfectius quam cenobitarum. v. Cenobitarum genus est securius
quam anachoritarum. vi. Utrumque
genus professio ubi scilicet in eodem
homine reperitur perfectissimum est. vii. Ad
quod duorum monachorum genus or
do sancti augustini pertineat ubi dis
tinguitur heremite vel cenobitas
et anachoritas. Et ostenditur augus
tinus fuisse heremita cenobita.
viii. Heremite cenobite duo
lere possunt ad solitudinem anacho
ritarum. ix. Anachorite tamen
fratres non possunt ad cenobia. x. Anachorite non possunt extra solitu
dinem propter opera active vite. xi. Anachorite possunt extra solitudinem
propter opera contemplative vite. xii. Quando
et cum quibus circumstanciis fratribus ordi
nis sancti augustini licet exire extra
monasterium. xiii. Qualiter beatus
augustinus ad condicionem cenobiticam
congregacionis se semper tenuerit. xiiii.
De dispersione fratrum post mortem sancti
augustini et unione ordinis. xv.
De habitu ordinis. xvi. De
introitu fratrum ad civitates. xvii.
De titulo ordinis. xviii. De re
unione capitis ad membra in do
nacione corporis sancti augustini et loca
in papia. xix. Qualiter sacrosancta mater
ecclesia fuerit institutrix et auctrix e
ius ordinis. xx. Quam grave sit
fratri ab hac sancta condicione recedere. xxi.
Quare statuta regule et constitucionum
ordinis ad hanc condicionem prima
reducuntur.